



R. P.

DOMNO JO. MABILLON

S. P. D.

JO. SCHILTER.

Riennum est, aut quod excur-
rit, Vir celeberrime, quod è Galliis re-
dux Dom. d'Eyben, Consiliarius nunc
Ducis Luneburgensis, inter alias Gal-
liarum gratias, etiam à Tua humanita-
te se obtinuisse prædicavit insigne monumentum an-
tiquitatis Teutonicæ, descriptum Rhythum de Lu-
dovico R. Ludovici filio: id quod avidè ipse arri-
pui, descripsi unà cum subjecto interpretamento sum-
mario latino, & hætenus per horas succisivas, inter
alias varii generis tum hujus studii, tum forenses oc-
cupationes consideravi, donec nuper tandem nescio
quo animi instinctu, seridè id aggressus, & verborum
interpretationem curatius inquisivi, & historiam
Francicam contuli; ubi cum aliquantum dissentire ab
dicto interpretamento cogerer, commentationes con-
jeci in chartam, & Schmidio meo apud Vos ea de re

A 2

scri-